



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**S. Avrelii Avgvstini Hippoensis Episcopi Et S. R. E.  
Doctoris Vita**

**Lancilottus, Corneille**

**Antverpiæ, 1616**

Cap. LXIX. Varia miracula quibus Deus sanctitatem D. Augustini  
confirmare voluit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42857**

366 DE VITA D. AVGVSTINI  
terdiu hymnos & cantica psallentibus in  
Ecclesiâ concineret, & in eâ frequens per-  
noctaret.

CAPVT LXIX.

*Varia miracula, quibus Deus sanctitatem  
D. Augustini confirmare voluit.*

**S**ACROSANCTVM verò corpus pluribus  
Oldradus apud Baro-  
num t. 9.  
anno Chri-  
sti 725. sibi claruit miraculis, ad fidem stabilien-  
dam posterorum, ita ut multi solo pigno-  
ruin sacrorum attactu, variis morborum  
generibus liberati fuerint. In ceteris qui cu-  
rati fuerunt, peregrini aliquot Transalpini  
quadraginta numero, Romam contenden-  
tes, cum in itinere prope vicum Cauæ, qui  
locus abest Papiâ circiter triginta millibus  
passuum, ex lassitudine substitissent, sub  
horam noctis secundam è templo proxi-  
mo, quod erat sacrum D. Cosmè & Da-  
miano, videre quemdam progredi veste  
indutum Pontificali: qui vicinior eis factus,  
rogauit quónam iter instituerent. Atque hi  
cum respondissent, se Romam pergere lo-  
ca sancta visitandi gratiâ, & ut singuli quâ  
premebantur necessitate, solui possent, me-  
ritis eorumdem Diuorum, quorum ibi re-  
liquiæ condebantur, ad eos dixisse fertur  
in hanc sententiam: Pergite ad urbem pro-  
ximam vobis Papiam, & inuisite templum  
beati

beati Petri, quod est in Cælo aureo, ibidem sanitatem pristinam recuperabitis. Quis esset interrogantibus, subiecit, Augustinum se esse Hippomensem Episcopum. At illi Quadra-stupore & gaudio pleni, fettinarunt Pa-ginta simul peregrini piam, & ingressi templum exclamarunt; per B. Au-Sancte Augustine, prout es pollicitus, re-gustinum stitue nobis sanitatem. Quæ verba simul sanantur. pronuntiauerunt, consuetæ valetudini se-se redditos sensere. Mox Deo Seruatori, & D. P. Augustino gratiis actis, ad propria lætissimi remearunt. In eodem sepulcri lo-co, per id tempus quo translatio reliquia-rum facta est, diuinitus fons exiliit, qui etiamnum fluere non desinit, ex quo fon-rit, & quid te ægri libantes, & præcipue febientes sa-nabantur: ac etiamnum plures qui affectu religioso gustant, ipsius aquæ vim quam inibi degustauimus, salutiferam experiuntur. Declarare hic sine dubio voluit Deus tam mirifici Doctoris inexhaustum sapien-tiæ flumen, quo totum orbem irrigans, quasi infidelitatis siccitate quadam ac er-rorum veneno mortales liberauit. Quod ipsum sancto Bernardo videtur indicasse, dum per noctem, in Matutinis precibus, sub lectionem Tractatus diui Augustini, vi-dit in confessu monachorum pulcerri-mum adolescentem, quem sanctum Au-gusti-

Circa dñi  
Augustini  
reliquias  
fons scaturit, & quid  
is sibi velit.  
B. Iordan.  
Hortulus  
Reginæ  
Ser. 39. De  
Sanctis.

gustinum esse non dubitauit , ex cuius ore  
tantus inundantium aquarum impetus e-  
rumpebat, ut omnem illam Ecclesiam im-  
plete videretur. Huic aptum illud no-  
stri Baxij :

*Hæretici me fulmen habent, Ecclesia flumen;  
Hos peto quò pereant, hāc rigo nè pereat.*

## C A P V T L X X .

*De sublimi gloriâ animæ eius in cælis.*

Petrus de  
Natal.li.7.  
c.128.  
B. Iordan. facrum eius corpus : anima vero, quam pri-  
Serm. 238. mūm his corporeis vinculis fuit expedita,  
Aegid. Za-  
morensis in Beatorum sedes euolauit; vti cuidam vi-  
inter docu-  
menta Ec-  
cles. Tolet. ro religioso fuit ostensum, qui raptus in ec-  
stasim, contemplatus est beati huius Pon-  
tificis animam nube exceptam in cælum  
deferri Pontificiis insignibus ornatam. Ad  
hæc obseruauit eius oculos instar radio-  
rum solarium totam Ecclesiam illumina-  
re, & odore suauissimo circumuicina loca  
repleri. Neque verò humilem inibi locum,  
sed inter præcipuos Diuos est adeptus.  
Colligitur ex virtutum eius magnitudine,  
tum præsertim ex ingenti caritate, cui præ-  
mium ipsum cæleste responderet. Confir-  
mant hoc ipsum non pauci ex Præfatione  
quæ